

et immolauerunt uictimas in die illa dño: et quinque; sacrape phylistinorum uiderunt et reuerfi sunt in accharon in die illa. Hi sunt autem am aurei quos reddiderunt phylistinim pro delicto dño. Azotus unum. gaza unum. aschalon unum. geth unum. accharon unum. Et mures aureos scdm numerum urbium phylistinim quinque; punitarũ: ab urbe murata usq; ad uillam que erat absq; muro. et usq; ad abel magnum sup quem posuerunt archã dñi. que erat usq; in illo die in agro iosue bechsamit. Percussit autem de uiris bechsamit; eo quod uidissent archam dñi: et percussit de populo septuaginta uiros. et quinque; ginta milia plebis. Luxitq; populus quod percussisset dñs plebem plaga magna. Et dixerunt uiri bechsamite. Quis poterit stare in conspectu dñi dei sancti huius. et ad que ascendet a nobis: Miseruntq; nuntios ad habitatores cariathiarim: dicentes. Reduxerunt phylistinim archã dñi. Descendite: et reducite eam ad uos. **V**enerunt ergo uiri cariathiarim et reduxerunt archam dñi: et intulerunt eam in domũ ammadab in gabaa. Eleazarum autẽ filium ei sanctificauerunt: ut custodiret archam dñi. Et factum est ex qua die mansit archa in cariathiarim multiplicati sunt dies. erat quippe iam annus uigesimus: et requieuit omnis domus israhel post dñm. **A**it autem samuhel ad uniuersam domũ

israhel: dicens. Sim toto corde urõ: reuertimini ad dñm: auferte deos alienos de medio ur̃m et astaroth. et preparate corda ur̃a dño et seruite illi soli. et eruet uos de manu phylistinim. Abstulerunt ergo filij israhel baalim et astaroth: et seruerunt dño soli. Dixit autem samuhel. Congregate uniuersum isrl̃ in massach: ut orem pro uobis dñm. Et conuenerunt in massach. hauseruntq; aquam et effuderunt in conspectu dñi: et ieiunauerunt in die illa. Et dixerunt. Tibi peccauim dñe. Iudicauitq; samuhel filios israhel: in massach: et ascenderunt. Et audierunt phylistinim quod congregati essent filij israhel in massach: et ascenderunt sacrape phylistinorum ad israhel. Quod cum audissent filij isrl̃: timuerunt a facie phylistinorum. Dixeruntq; ad samuhel. Necesses pro nobis clamare ad dñm deum nr̃m: ut saluet nos de manu phylistinorum. **T**ulit autem samuhel agnũ lactentem unum: et obtulit illum holocaustum integrum dño. Et clamauit samuhel ad dñm pro israhel: et exaudiuit eum dñs. Factum est autem cum samuhel offerret holocaustum: phylisteos mire prelium contra israhel. Inuouit autem dñs fragore magno in die illa sup phylistinim. et exterruit eos: et celi sunt a facie israhel. Egressiq; uiri israhel de massach persequuti sunt phylisteos: et percusserunt



eos usq; ad locum qui erat subter  
bethchar. Tulit autem samuhel la-  
pidem unum et posuit eum inter  
masphat et inter sen: et uocauit  
nomen loci illius lapis adiutorij.

Dixitq; Huc usq; auxiliatus est no-  
bis dñs. Et humiliati sunt phyli-  
stijm: nec apposuerunt ultra ut  
uenerint in terminos israhel. Fac-  
ta est itaq; manus dñi sup phyli-  
stios cunctis dieb; samuhel: et red-  
ditæ sunt urbes quas tulerant phy-  
lijm ab isrl israheli. ab accharon  
usq; geth et terminos suos. libera-  
uitq; israhel de manu phylistino-  
rum. Eratq; pax inter israhel: et  
amorreum. Iudicabat quoq; samu-  
hel israhel: cunctis dieb; uite sue. Et  
ibat per singulos annos circueus  
bethel. et galgal. et masphat: et iu-  
dicabat israhel in supradictis lo-  
cis. reuertebaturq; in ramatha. Ibi  
enim erat domus eius: et ibi iudi-  
cabat israhel. Edificauit ibi etiã  
altare dño.

**F**actum est autē cum senuisset sa-  
muhel: posuit filios suos iudices isrl.  
Fuitq; nomen filij eius primogeni-  
ti iohel: et nomen secundi abia iu-  
dicum in bethsabee. Et non ambula-  
uerunt filij illius in uis eius: sed  
declinauerunt post auaritiã. Ac-  
ceperuntq; munera: et peruerterunt  
iudicium. Congregati ergo uniuers-  
si maiores natu israhel. uenerunt  
ad samuhel in ramatha: dixerunt  
q; ei. Ecce tu senuisti: et filij tui n̄  
ambulant in uis tua. Constitue

nobis regem ut iudicet nos: sicut et  
uniuersę habent nationes. Displeuit  
q; sermo in oculis samuhelis: eo quod  
dixissent. da nobis regem ut iudicet  
nos. Et orauit samuhel ad dñm. Di-  
xit autem dñs ad samuhel. Audi  
uocem populi in omnib; que loquun-  
tur tibi. Non enim te abiecerunt sed  
me. ne regnem sup eos: iuxta omnia  
opa sua que fecerunt a die qua e-  
duxi eos de egypto usq; ad diem hanc.  
Sicut dereliquerunt me et seruerunt  
dijs alienis: sic faciunt etiam tibi. Nunc  
ergo audi uocem eorum. Veruntamen  
contestare eos: et predic eis ius regis  
qui regnaturus est sup eos. Dixit  
autem samuhel omnia uerba dñi ad  
populum qui petierant a se regem:  
et ait. Hoc erit ius regis: qui impatu-  
rus est uobis. Fitos ur̄os tollet et po-  
net in currib; suis: facietq; sibi equi-  
tes. et precursores quadrigarum su-  
arum. Et constituet sibi tribunos  
et centuriones: et aratores agrorum suorum  
et messoris segetum. et fabros armo-  
rum et curruum suorum. Fistas q;:  
ur̄as faciet sibi unguentarias et foca-  
rias: et panificas. Agros quoq; ur̄os  
et uineas et oliueta optima tollet:  
et dabit seruis suis. Sed et segetes ue-  
stras et uinearũ redditus ad decima-  
bit: ut det eunuchis et famulis suis.  
Seruos etiam ur̄os et ancillas et iu-  
uenes optimos et asinos auferet: et  
ponet in ope suo. Greges quoq; ue-  
stros ad decimabit: uosq; eritis ei ser-  
ui. Et clamabit in die illa a facie re-  
gis uestri quem elegistis uobis: et n̄



exaudiet uos dñs in die illa. Nolunt autē populus audire uocem samuhel: sed dixerunt. Nequaquam. Rex enim erit sup nos: et erimus nos quoq; sic omnes gentes. Et iudicabit nos rex noster: et egredietur ante nos. et pugnabit bella nr̄a pro nobis. Et audiuit samuhel omnia uerba populi: et loquutus est ea in aurib; dñi. Dixit autem dñs ad samuhelē. Audi uocē eorum: et constitue sup eos regē. Et ait samuhel: ad uiros israhel. Vadat unusquisq; in ciuitatem suam. Et erat uir de beniamin nomine cis filius abihel filij seor filij bechor: et hij filij asia. filij uiri iemini fortis robore. Et erat ei filius uocabulo saul dectus et bonus: et non erat uir de filiis israhel: melior illo. Ab humero et sursum: eminebat sup omnē populum. Perierant autē asine cis patris saul. Et dixit cis ad saul filium suū. Tolle tecum unum de pueris: et confurgens uade et quere asinas. Qui cum transissent per montē ephraim. et per terram salisa. et non inuenissent: transierunt etiam per terram salim. et non erant. Sed et per terram iemini: et minime repperunt. Cum autem uenissent it̄a sup <sup>in inuenisset.</sup> dixit saul ad puerum suum qui erat cum eo. Ueni et reuertamur: ne forte dimiserit pater meus asinas et sollicitus sit pro nobis. Qui ait ei. Ecce uir dei in ciuitate hac: uir nobilis. Omne qđ loquitur: absq; ambiguitate uenit. Nunc ergo eamus illuc: si forte indicet nobis

de uia nr̄a ppter quam uenimus. Dixitq; saul ad puerum suum. Ecce ibimus. quid feremus ad uirum? Panis defectus in sitharcis nr̄is. et spoztulam non habemus ut demus homini dei: nec quicquam aliud. Rursum puer respondit saul: et ait. Ecce inuenta est in manu mea q̄ta pars stateris argenti: demus homini dei ut indicet nobis uiam nr̄am. Olim in israhel sic loquebatur unusquisq; uadens consulere deum. Venite: et eamus ad uidentem. Qui enim ppheta dicitur hodie: uocabatur olim uident. Et dixit saul ad puerū suum. Optimus sermo tuus. Ueni: eamus. Et ierūt in ciuitatem: in qua erat uir dei. Cumq; ascenderent chuum ciuitatis. inuerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam: et dixerūt eis. Num hic est uident? Que respondentes: dixerunt illis. Hic est ecce ante te. Festina nunc. Hodie enim uenit in ciuitatē: quia sacrificium est hodie popli in excelsu. Inredientes urbem statim inuenietis eum: antequam ascendat excelsum ad uescendum. Neq; enim comesurus est popl̄s donec ille ueniat: quia ille benedicit hostie. et deinceps comedunt qui uocati sūt. Nunc ergo conscendite: quia hodie reperietis eum. Et ascenderunt in ciuitatem. Cumq; illi ambularent in medio urbis: apparuit samuhel egrediens obuiam eis. ut ascenderet in excelsum. Dñs autem



reuelauerat auriculam samuhel  
ante unam diem quam ueniret  
saul: dicens. Hac ipsa que nunc  
est hora cras mittam ad te uirum  
de terra beniamin: et unguet eum  
ducem sup populum meum isrl.  
Et saluabit populum meum de  
manu phylistinorum: quia respexi  
populum meum. Venit enim clamor  
eorum ad me. Cumq; aspexisset sa-  
muhel saulem: dñs ait ei. Ecce uir  
quem dixeram tibi. Iste dominabi-  
tur populo meo. Accessit autē saul  
ad samuhelē in medio porte: et  
ait. Indica oro michi: uē domi uiden-  
tis. Et respondit samuhel sauli: di-  
cens. Ego sum uidentis. Ascende ante  
me in excelsum ut comedatis mecum  
hodie: et dimittam te mane et om-  
nia que sunt in corde tuo indica-  
bo tibi. Et de asinis quas perdidisti  
nudius tertius ne sollicitus sis: q̄a  
inuenite sunt. Et cuius erunt op-  
tima queq; israhel nonne tibi et  
domui patris tui? Respondens au-  
tem saul: ait. Nunquid non filius  
iemini ego sum de minima tribu is-  
rahel. et cognatio mea nouissima in-  
ter omnes familias de tribu benia-  
min? Quare ergo loquutus es michi  
sermonem istum? Assumens itaq;  
samuhel saulem et puerum eius.  
introduxit eos in triclinium: et de-  
dit eis locum in capite eorum qui  
fuerant inuitati. Erant enim quasi  
triginta uiri. Dixitq; samuhel coco.  
Da partem quam dedi tibi: et prece-  
pi ut reponeres seorsum apud te. Le-

uauit autem cocus armum: et posuit  
ante saul. Dixitq; samuhel. Ecce qd̄  
remansit pone ante te et comede: q̄a  
de industria seruatum est tibi quan-  
do populum uocaui. Et comedit saul  
cum samuhelē in die illa. Et descen-  
derunt de excelsu in oppidum: et lo-  
quutus est cum saule in solario. Cūq;  
mane surrexissent et iam dilucesce-  
ret: uocauit samuhel saul in solarium  
dicens. Surge: ut dimittam te. Et sur-  
rexit saul. egressiq; sunt ambo: ipse  
uidelicet et samuhel. Cumq; descen-  
derent in extrema parte ciuitatis: sa-  
muhel dixit ad saul. Dic puero ut  
antedeat nos et transeat: tu autem  
subsiste paulisp. ut indicem tibi uer-  
bum domini.

**G**ulit autē samuhel lenticulam o-  
lei et effudit sup caput eius: et de-  
osculatus eum ait. Ecce unxit te  
dñs sup hereditatem tuam in prin-  
cipem. Cum abieris a me hodie in-  
uenies duos uiros iuxta sepulchrū  
rachel in finibus beniamin meridie:  
dicentq; tibi. Inuenite sunt asine ad  
quas ieras perquirendas: et intermis-  
sis pater tuus asinis. sollicitus est pro  
uobis. et dicit. Quid faciam de filio  
meo? Cumq; abieris inde et ultra tñ-  
sieris et ueneris ad quercum thabor:  
inuenient te ibi tres uiri ascendentes ad  
deum in bethel. unus portans tres he-  
dos. et alius tres tortas panis. et alius  
portans lagenam uini. Cumq; te salu-  
tauerint: dabunt tibi duos panes. et  
accipies de manu eorum. Post hec ueni-  
es in collem dñi: ubi est statio phylisti-

Stetitq; sa-  
ul in sola-  
rio: et dor-  
muit.

Et tu liberabis populum  
ei de manib' inimicoy  
ei qui incircumisi sunt.  
Et hoc est signū: q̄a un-  
xit te dñs in p̄ncipē.



nozum. Et cum ingressus fueris sibi ur-  
 bem: obuium habebis gregem propheta-  
 rum descendentium de excelso. et ante  
 eos psalterium. et tympanum. et tibi-  
 am. et cytharam. ipsosq; prophetan-  
 tes. Et insilet in te sps dñi. et prophe-  
 tabis cum eis: et mutaberis in uirum  
 alium. Quando ergo euenerint sig-  
 na omnia tibi: fac quecumq; inuene-  
 rit manus tua quia dñs tecum est.  
 Et descendes ante me in galgala. ego  
 quippe descendam ad te: ut offeras  
 oblationem ut immoles uictimas pa-  
 cificas. Septem dieb; expectabis do-  
 nec ueniam ad te: et ostendam tibi  
 quid facias. Itaq; cum auerisset hu-  
 merum suum ut abiret a samuhel:  
 immutauit ei dñs cor aliud et uenerunt  
 omnia signa hec in die illa. Venerunt  
 q; ad predicatum collem: et ecce cune-  
 us prophetarum obuius ei. Et insi-  
 luit sup eum sps dei: et prophetauit  
 in medio eorum. Uidentes autē om-  
 nes qui nouerant eum heri et nudi-  
 us tertius qd esset cum prophetis et  
 prophetaret: dixerunt ad inuicem.  
 Quemnam res accidit filio eis? Num  
 et saul in prophetis? Responditq;  
 alius ad alium dicens. Et quis pater  
 eorum: propterea uersum est in pro-  
 uerbum. Num et saul inter prophe-  
 tas? Cessauit autē prophetare: et  
 uenit ad excelsum. Dixitq; pater  
 saul ad eum: et ad puerū eius. Quo  
 abistis? Qui responderunt. Querere  
 asinas. Quas cum non reperissemus:  
 uenimus ad samuhelē. Et dixit ei  
 pater suus. Indica michi quid di-

xerit tibi samuhel. Et ait saul ad pa-  
 truum suum. Indicauit nobis quia  
 inuentę sunt asinę. De sermone au-  
 tem regni non indicauit ei: quem lo-  
 quutus est fuerat samuhel. Et conuo-  
 cauit samuhel populum ad dñm in  
 maspha: et ait ad filios israhel. Hęc  
 dicit dñs deus israhel. Ego eduxi  
 israhel de egypto: et erui uos de ma-  
 nu egyptiorum et de manu omni-  
 um regum qui affligebant uos. Vos  
 autem hodie peccastis dñm deum no-  
 strum. qui solus saluauit uos de uni-  
 uersis malis et tribulationib; ur̄is:  
 et dixistis. Nequaquam: sed regem  
 constituē sup nos. Nunc ergo stete  
 coram dño per tribus ur̄as: et per  
 familias. Et applicuit samuhel om-  
 nes tribus israhel: et cecidit sor̄ trib;  
 beniamin. Et applicuit tribum ben-  
 iamin et cognationes eius: et cecidit  
 cognatio metri. et puenit usq;  
 ad saul filium saul. Quęsierunt ergo  
 eum: et non est inuentus. Et confu-  
 luerunt post hec dñm: utrum nā  
 uenturus est illuc. Responditq; dñs.  
 Ecce absconditus est domi. Cucur-  
 rerunt itaq;: et tulerunt eum inde.  
 Stetitq; in medio populi: et altior  
 fuit uniuerso populo ab humero  
 et sursum. Et ait samuhel ad om-  
 nem populum. Certe uidetis quem  
 elegit dñs: qm̄ non sit similis illi om-  
 ni populo. Et clamauit cunctus po-  
 pulus: et ait. Viuat rex. Loquutus  
 est autē samuhel ad populum lege  
 regni: et scripsit in libro. et reposuit  
 coram dño. Et dimisit samuhel om-



nem populum: singulos in domum suam. Sed et saul abiit in domum suam in gabaath: et abiit cum eo pars exercitus. quorum tenerat d's corda. Fibi uero bechial dixerunt.

Num saluare nos poterit iste: Et despexerunt eum: et non attulerunt ei munera. Ille uero dissimulabat se audire.

**A**scendit autem naas ammonites: et pugnare cepit aduersus iabes galaad. Dixeruntq; omnes uiri iabes: ad naas. Habeto nos federatos: et seruiemus tibi. Et respondit ad eos naas ammonites. In hoc feriam uobiscum fedus. et etiam omnium uirorum oculos dexteris: ponamq; uos obprobrium in uerso isrl. Et dixerunt ad eum seniores iabes. Concede nobis septem dies: ut mittamus nuntios ad uniuersos terminos israhel. Et si non fuerit qui defendat nos: egrediemur ad te. Uenerunt ergo nuntii in gabaath saulis: et loquuti sunt uerba hec audiente populo. Et leuauit omnis populus uocem suam: et fleuit. Et ecce saul ueniebat sequens boues de agro: et ait. Quid habet populus quod plorat: Et narrauerunt ei uerba uirorum iabes. Et insiluit spiritus dñi in saul. cum audisset uerba hec: et natus est furor eius nimis. Et assumens utrumq; bouem concidit in frustra: misitq; in omnes terminos isrl. per manus nuntiorum dicens. Quicumq; non exierit sequutusq; fuerit saul et samuhel:

sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor dñi populum: et egressi sunt quasi uir unus. Et recensuit eos in bezec. Fueruntq; filiorum israhel trecenta milia: uirorum autem iuda triginta milia. Et dixerunt nuntii qui uenerant. Sic dicetis uiris qui sunt in iabes galaad. Cras erit uobis salus: cum in cauerit sol. Venerunt ergo nuntii: et annuntiauerunt uiris iabes. Qui letati sunt: et dixerunt. Mane exibimus ad uos: et facietis nobis omne quod placuerit uobis. Et factum est cum uenisset dies crastinus: constituit saul populum in tres partes. Et ingressus est media castra in uigilia matutina: et percussit ammon usq; dum in calefceret dies. Reliqui autem dispersi sunt: ita ut non relinquerentur in eis duo pariter. Et ait populus ad samuhel. Quis est iste qui dixit. saul non regnabit super nos: Date uiros: et interficiemus eos. Et ait saul. Non occidetur quisquam in die hac: quia hodie fecit dñs salutem in israhel. Dixit autem samuhel ad populum. Venite et eamus in galgala: et innouemus ibi regnum. Et prexit omnis populus in galgala. et fecerunt ibi regem saul coram domino in galgala: et immolauerunt ibi uictimas pacificas coram dño. Et letatus est ibi saul: et cuncti uiri israhel nimis.

**D**ixit autem samuhel ad uniuersum israhel. Ecce audiui uocem uestram iuxta omnia que loquuti estis ad me: et constitui super uos regem. et nunc



rex graditur ante uos. Ego autē senui  
 et incanui. Porro filij mei uobiscum  
 sunt. Itaq; conuersatus coram uobis  
 ab adolescentia mea usq; ad diem hanc:  
 ecce presto sum. loquimini de me co-  
 ram dño et coram xp̄o eius. utrū bo-  
 uem cuiusquam tulerim an asinū.  
 si quempiam calumpniatus sum. si  
 oppressi aliquem. si de manu cuius-  
 quam munus accepi: et contempnā  
 illud hodie. restituiamq; uobis. Et  
 dixerunt. Non es calumpniatus nos.  
 neq; oppressisti: neq; tulisti de manu  
 alicuius quippiam. Dixitq; ad eos.  
 Gestis dñs aduersus uos. et testis xp̄c  
 eius in die hac: q̄a n̄ inuenistis in ma-  
 nu mea quippiam. Et dixerunt. Ge-  
 stis. Et ait samuhel ad populum. Do-  
 minus qui fecit moysen et aaron: e-  
 duxit patres nr̄os de terra egypti. Nūc  
 ergo stete et iudicio contendam ad-  
 uersum uos coram dño de omnib;  
 misericordijs dñi quas fecit uobis  
 cum et cum patrib; nr̄is: quomodo  
 ingressus est iacob in egyptum. et  
 clamauerunt patres uestri ad dñm.  
 et misit dñs moysen et aaron. et e-  
 duxit patres ur̄os ex egypto. et col-  
 locauit eos in loco hoc. Qui obli-  
 sunt dñi dei sui: et tradidit eos in  
 manus syrare magistri militie asor:  
 et in manus phylistinorū. et in ma-  
 nus regis moab. et pugnauerunt ad-  
 uersum eos. Postea clamauerunt  
 ad dñm: et dixerunt. Peccauius.  
 quia dereliquimus dñm: et serui-  
 mus baalim et ashtaroth. Nunc ergo  
 erue nos de manu inimicorū nr̄orū:

et seruiemus tibi. Et misit dñs hiero-  
 boal. et badan. et barach. et iepthe.  
 et samuhel. et eruit uos de manu in-  
 imicorum ur̄orum per circuitū: et  
 habitastis confidenter. Videntes autē  
 quod naas rex filiorū ammon uenis-  
 set aduersum uos: dixistis michi. Ne-  
 quaquam. sed rex imperabit nobis:  
 cum dñs deus uester regnaret in uob.  
 Nunc ergo presto est rex uester quē  
 elegistis: et peccastis. Ecce dedit uobis  
 dñs regem. Si timueritis dñm et ser-  
 ueritis ei et audieritis uocem eius.  
 et n̄ exasperaueritis os dñi: eritis et  
 uos et rex qui imperat uobis sequen-  
 tes dñm deum ur̄m. Si autē non au-  
 dieritis uocem dñi. sed exasperaueri-  
 tis sermonem dñi: erit manus dñi  
 sup uos et sup patres ur̄os. Sed et nūc  
 stete: et uidete rem istam grandem  
 quā facturū est dñs in conspectu  
 ur̄o. Nunquid non messis tria est ho-  
 die: Inuocabo dñm et dabit uoces  
 et pluuias: et scietis et uidebitis q̄a  
 grande malum feceritis uobis in con-  
 spectu dñi. petentes sup uos regem.  
 Et clamauit samuhel ad dñm: et  
 dedit dñs uoces et pluuias in die illa.  
 Et timuit omnis populus nimis do-  
 minum et samuhel. Dixitq; uniuersus  
 populus: ad samuhel. Ora pro  
 seruis tuis ad dñm deum tuum: ut  
 non moriamur. Addidimus enim  
 uniuersis peccatis nr̄is malum: ut  
 peteremus nobis regem. Dixit autem  
 samuhel ad populum. Nolite time-  
 re. Vos fecistis uniuersum malum:  
 hoc: ueruntamen nolite recedere



a tergo dñi. et seruite dño in omni cor-  
 de ur̄o. et nolite declinare post ua-  
 na que non proderunt uobis. neq;  
 eruent uos: quia uana sunt. Et nō  
 derelinquet dñs populum suum  
 propter nomen suum magnum:  
 quia iurauit dñs facere uos sibi in  
 populum. Absit autē a me hoc pec-  
 catum in dño ut cessem orare pro  
 uobis: et docebo uos uiam bonam et  
 rectam. Igitur timeate dñm: et serui-  
 te ei in ueritate et ex toto corde ur̄o.  
 Vidistis enī magnifica que in uobis  
 gesserit. Quod si perseueraueritis  
 in malitia: et uos et rex uester pa-  
 riter peribitis. Filius unius anni sa-  
 ul cum regnare cepisset: duob; au-  
 tem annis regnauit sup israhel.  
 Et elegit sibi saul tria milia de isrl̄.  
 Et erant cum saule duo milia in  
 magmas. et in monte bechel: mille  
 autem cum ionatha in gabaad  
 beniamin. Porro ceterum popl̄m  
 remisit unumquemq; in taberna-  
 cula sua.

Et percussit ionathas stationē phy-  
 listinorum que erat in gabaā. Qd̄  
 cum audissent phylistiim: saul ce-  
 cinit buana in omni terra dicens.  
 Audiant hebrei. Et uniuersus isra-  
 hel: audiuit huiuscemodi famam.  
 Percussit saul stationem phylistino-  
 rum: et crexit se israhel aduersus  
 phylistiim. Clamauit ergo popu-  
 lus post saul in galgala: et phyl-  
 istim congregati sunt ad prehan-  
 dum contra israhel triginta milia  
 curruum et sex milia equitum. et

reliquum uulguis sicut arena que est  
 in litore maris plurima. Et ascen-  
 dentes castra metati sunt in machi-  
 mas: ad orientem bechauen. Quod  
 cum uidissent uiri israhel se in arto-  
 sitos. afflictus enim erat populus:  
 absconderunt se in speluncis et in  
 abditis. in petris quoq; et in antris.  
 et in cisternis. Hebrei autē transierunt  
 iordanem: terram gad et galaad. Cū  
 q; adhuc esset saul in galgala: uniuersus  
 populus perterritus est qui seque-  
 batur eum. Et expectauit septem  
 dieb; iuxta placitum samuhel: et  
 non uenit samuhel in galgala. Di-  
 lapsusq; est populus ab eo. At ergo  
 saul. Afferte michi holocaustum et  
 pacifica. Et obtulit holocaustū. Cūq;  
 cōplessit offerēs holocaustū: ecce samuhel  
 ueniebat. Et egit e. saul obuia ei ut sa-  
 lutaret eū: locutusq; ē ad eū samuhel.  
 Quid fecisti? Respondit saul. Quia  
 uidi quod dilaberetur populus a me  
 et tu non ueneras iuxta placitos dies.  
 porro phylistiim congregati fuerant  
 in machimas: dixi. Nunc descendet  
 phylistiim ad me in galgala: et facie  
 dñi non placavi. Necessitate compul-  
 sus: obtuli holocaustum. Dixitq; samu-  
 hel ad saul. Stulte egisti: nec custo-  
 disti mandata dñi dei tui que pre-  
 cepit tibi. Quod si non egisses: iam  
 nunc preparasset dñs regnum tuū  
 sup israhel in sempiternum. Sed ne-  
 quaquam regnum tuū ultra con-  
 surget. Quesiuit sibi dñs uirum iux-  
 ta cor suum: et precepit ei dñs ut  
 esset dux sup populum suum. eo qd̄



non seruariſ que preceperit dñs. Surrexit autem ſamuhel: et aſcendit de galgalis in gabaad beniamin. Et recenſit ſaul populum qui inuenta fuerant cum eo: quaſi ſexcentos uiros. Et ſaul et ionathan filius eius. populusq; qui inuentus fuerat cum eis: erat in gabaá beniamin. Porro phyliftim conſederant in machiſas: et egreſſi ſunt ad predandum de caſtris phyliftim tres cunei. Vnus cuneus pgebat contra uiam ephraim ad terram ſaul: porro alius ingrediebatur per uiam bechoron. Tertius autē uertebat ſe ad iter termini imminentis ualli ſebom: contra deſertum. Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra iſrahel. Cauent enim phyliftim ne forte facerent hebrei gladium: aut lanceam. Descendebat ergo omnis iſrahel ad phyliftim: ut exaceruēt unusquiſq; uomerem ſuum. et ligonē. et ſecurē. et ſarculū. Retuſe itaq; erant acies uomerum. et ligonum. et tridentium. et ſecurum: uſq; ad ſtimulum corrigendū. Cumq; ueniſſet dies prelij: non eſt inuentus enſis et lancea in manu totius populi qui erat cum ſaul et ionathan filio eius. Egreſſa eſt ſtatio phyliftim: ut tranſcenderent in machiſas.

**E**t accidit quadam die ut diceret ionatha filius ſaul: ad armigerū ſuum adoleſcentem. Ueni et tranſeamus ad ſtationem phyliftim. que eſt tranſ locum illum. Patri autē ſuo hoc ipſum non indicauit. Porro

ſaul morabatur in extrema parte gabaá ſub malo granato que erat in magron: et erat populus cum eo quaſi ſexcentorum uiroꝝ. Et achiaſ filius achitob. fratris ichabod filij ſineſ qui ortus fuerat ex hebi ſacerdote dñi in ſilo: portabat ephod. Sed et populus ignorabat: quo iſſet ionathan. Erant autem inter aſcenſus per q̄s nitebatur ionathan tranſire ad ſtationem phyliftinorū. eminentes petre ex utraq; parte: et quaſi in modum denique ſcopuli hinc inde prerupti. nomen uni boſes. et nom̄ alteri ſene: unus ſcopulus p̄minent ad aquilonem ex aduerſo machiſas. et alter ad meridiem contra gabaá. Dixit autem ionatha adoleſcentem armigerū ſuum. Veni tranſeamus ad ſtationē phyliftinorum in circuncifoꝝum horū: ſi forte faciat dñs pro nobis. quia non eſt dño difficile ſaluare uel in multitudine uel in paucis. Dixitq; ei armiger ſuus. Fac omnia que placent animo tuo. Perge quo cupiſ: ero tecum quocumq; uolueriſ. Et ait ionathan. Ecce nos tranſimus ad uiros iſtoſ. Cumq; apparuerimus eiſ: ſi taliter loquuti fuerint ad noſ. manete donec ueniamus ad uoſ ſtemus in loco nro ne aſcendamus ad eoſ. Si autem dixerint aſcendite ad noſ: aſcendamus. quia tradidit eoſ dñs in manib; nriſ. Hoc erit nobiſ ſignum. Apparuit igitur uterq; ſtationi phyliftinorū. Dixeruntq; phyliftim. En hebrei egrediuntur de ca-

Et reliq; populi aſcenderit poſt ſaul obuiā populo q̄ expugnabat illoſ: uenientes egal gala in gabaá in colle beniamin.



ueris: in quibus absconditi fuerant. Et loquuti sunt viri de statione ad ionathan. et ad armigerum eius: dixeruntque eis. Ascendite ad nos: et ostendemus uobis rem. Et ait ionathan ad armigerum suum. Ascendam? Sequere me. Tradidit enim eos dominus in manus israel. Ascendit autem ionathan reptans manibus; et pedibus: et armiger eius post eum. Itaque alij cadebant ante ionathan: alios armiger eius interficiebat sequens eum. Et facta est prima plaga quam percussit ionathan et armiger eius quasi uiginti uirorum in media parte iugeri: quam pars bouum in die arare consuevit. Et factum est miraculum in castris per agros. Sed et omnis populus stationis eorum qui erant ad predandum obstupuit: et conturbata est terra. Et accidit quasi miraculum a deo. Et respexerunt speculatores saul qui erant in gabaa beniamin: et ecce multitudo prostrata. et huc illucque diffugiens. Et ait saul populo: qui erat cum eo. Requiritur: et uidete. quis abiit ex nobis. Cumque requisissent: reperiunt non adesse ionathan et armigerum eius. Et ait saul ad achiam. applica archam domini. Erat enim ibi archa dei in die illa: cum filiis israel. Cumque loqueretur saul ad sacerdotem: tumultus magnus exortus est in castris philistinorum. Crescebatque paulatim: et clarius reboabat. Et ait saul ad sacerdotem: Contrahe manum tuam. Exclamauit ergo

saul et omnis populus qui erat cum eo: et uenerunt usque ad locum certaminis. Et ecce uersus fuerat gladius uniuscuiusque ad proximum suum: et cedes magna nimis. Sed et hebrei qui fuerant cum philistinum heri et nudius tertius. ascenderuntque cum eis in castris: reuersi sunt ut essent cum israel qui erant cum saul et ionathan. Omnes quoque israelitice qui se absconderant in monte ephraim: audientes quod fugisset philistinum. sociauerunt se cum suis in prelio. et saluauit dominus in die illa israel. Pugna autem puenit usque bechauen: et uir israel sociatus est sibi in die illa. Adnirauit autem saul populum: dicens. Maledictus uir qui comederit panem usque ad uesperam: donec ulciscar de iniuriis meis. Et non manducauit uniuersus populus panem. Omnisque terre uulgus uenit in satum: in quo erat mel super faciem agri. Ingressus est itaque populus satum. et apparuit fluens mel: nullusque applicuit manum ad os suum. Timebat enim populus iuramentum. Porro ionathan non audierat cum adiuraret pater eius populum. Extenditque summitatem uirgule quam habebat in manu: et intinxit in fauam mellis. et conuertit manum suam ad os suum. Et illuminati sunt oculi eius. Respondensque unus de populo: ait. Iure iurando constrinxit pater tuus populum dicens: maledictus qui comederit panem hodie. Defecerat autem populus. Dixitque ionathan. Tur-



bavit pater meus terram. Vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei: eo quod gustauerim paululum de melle isto. Quanto magis: si comedisset populus de preda inimicorum suorum quam reperit. Nonne maior fuisset plaga in philistinim: Percusserunt ergo in die illa philisteos: a machimis usque in abilon. Defregatus est autem populus nimis. Et uersus ad prelam tulit oves et boues et uiculos. et mactauerunt in terra: comeditque populus cum sanguine. Nuntiauerunt autem saul dicentes: quod populus peccasset domino. comedens cum sanguine. Qui ait. Preuaricati estis. Voluite ad me iam nunc saxum grandem. Et dixit saul. Dispergimini in uulgus: et dicite eis. ut adducat ad me unusquisque bouem suum et arietem et occidite super istud et uescimini. et non peccabitis domino comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus unusquisque bouem in manu sua usque ad noctem: et occiderunt ibi. Edificauit autem saul altare domino. Tuncque primum cepit edificare altare domino. Et dixit saul. Irruamus super philistinim nocte et uastemus eos usque dum illucescat mane: nec relinquamus de eis uirum. Dixitque populus. Omne quod bonum uidetur in oculis tuis: fac. Et ait sacerdos. Accedamus huc ad deum. Et consuluit saul deum: dicens. Num persequar philistinim: Si trades eos in manus israhel: Et non respondit ei in die illa. Dixitque saul. Applicate huc uniuersos an-

gulos populi: et scitote et uidete per quem acciderit peccatum hoc hodie. **U**iuu dñs saluator israhel: quia si per ionathan filium meum factum est. absque tractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Et ait ad uniuersum isrl. Separamini uos in partem unam: et ego cum ionatha filio meo ero in parte una. Responditque populus ad saul. Quod bonum uidetur in oculis tuis: fac. Et ait saul ad dñm. Dñe deus israhel: da iudicium. Et deprehensus est ionathan et saul: populus autem exiit. Et ait saul. Mitte sortem inter me et inter ionathan filium meum. Et captus est ionathan. Dixit autem saul: ad ionathan. Indica michi: quid feceris. Et indicauit ei ionathan: et ait. Gustans gustauim summitate uirge que erat in manu mea paululum mellis: et ecce ego morior. Et ait saul. Hec faciat michi dñs et hec addat: quia morte morieris ionathan. Dixitque populus ad saul. Ergone ionatha morietur. qui fecit salutem hanc magnam in israhel: Hoc nefas est. **U**iuu dñs si ceciderit capillus de capite eius in terram: quia cum dño operatus est hodie. Liberauit populus ergo ionathan: ut non moreretur. Recessitque saul: nec persequutus est philistinim. Porro philistinim abierunt in loca sua. **A**t saul confirmato regno super israhel. pugnabat partitum aduersum omnes inimicos eius. cont-

Quid est quod non responde-  
ris seruo tuo hodie. Si  
in me aut in ionatha  
filio meo hec iniquitas  
est: da ostensionem. Aut  
ita est in populo tuo hec  
iniquitas: da scitatem.



moab et filios ammon. et edom. et reges saba. et philistinos. et quocumque se uertit superabat. Congregatoque exercitu percussit amalech: et eruit israhel de manu uastatorum eius. Fuerunt autem filii saul: ionathan. et iesui. et melchisua. Nomina duarum filiarum eius: nomen primogenite merab. et nomen minoris michol. Et nomen uxoris saul achinoem: filia achimaas. Et nomen principis militie eius. abner: filius ner. patruelis saul. Porro cum fuerat pater saul: et ner pater abner filius abihel. Erat autem bellum potens aduersum philistinos: omnibus diebus saul. Nam quemcumque uiderat saul uirum fortem et aptum ad prelium: sociauitque eum sibi. Et dixit samuhel ad saul. Me misit dominus ut unguerem te in regem super populum eius israhel. Nunc ergo audi uocem domini. hec dicit dominus exercituum. Recensui quemcumque fecit amalech israheli: quomodo restitit ei in uia cum ascenderet de egypto. Nunc igitur uade et percute amalech: et demolire uniuersa eius. Non partas ei: sed interfice a uiro usque ad mulierem. et paruulum atque lactantem. bouem et ouem. camelum. et asinum. Precepit itaque saul populo et recepit eos quasi agnos: ducenta milia pedum. et decem milia uirorum iuda. Cumque uenisset saul usque ad ciuitatem amalech: tendit in sidias in torrente. Dixitque

saul cinea. Abice. recedite. atque discedite ab amalech: ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis israhel: cum ascenderent de egypto. Et recessit cinea us de medio amalech. Percussitque saul amalech ab euila donec uenisset fur: que est e regione egypti: et apprehendit agag regem amalech uiuum. Omne autem uulgus interfecit in ore gladii. Et peperit saul et populus agag. et optimis gregibus ouium et armentorum. et uestibus: et arietibus et uniuersis que pulchra erant: nec uoluerunt dispendere ea. Quicquid uero uile fuit et reprobum: hoc demoliti sunt. Factum est autem uerbum domini ad samuhel: dicens. Penitet me quod constituerim saul regem: quia dereliquit me. et uerba mea opere non impleuit. Contristatusque est samuhel: et clamauit ad dominum tota nocte. Cumque de nocte surrexisset samuhel ut iret ad saul mane: nuntiatum est samuheli. eo quod uenisset saul in carmelum et erexisset ibi formicem triumphalem. et reuersus transisset descendissetque in galgala. Venit ergo samuhel ad saul: et dixit ei saul. Benedictus tu domino. impleui uerbum domini. Dixitque samuhel. Et que est hec uox gregum que resonat in auribus meis. et armentorum quam ego audio: Et ait saul. De amalech adduxerunt ea. Peperit enim populus melioribus ouibus et armentis. ut immolarent domino deo tuo: reliqua uero occidimus et saul offerrebat holocaustum domino de immis predarum que attulerunt ex amalech. Et dum uenisset samuhel ad saul:

*non  
et concupiscet ex ipsius  
aliquid.*



**A**it autem samuhel ad saul. Sine  
 me: et indicabo tibi que loquutus  
 sit ad me dñs nocte. Dixitq; ei. Loque  
 re. Et ait samuhel. Nonne cum par  
 uulus es in oculis tuis. caput in tri  
 bub; israhel factus es? Unxitq; te do  
 minus in regem sup isrl: et misit te  
 dñs in uia et ait. Vade et interfice  
 peccatores amalech: et pugnabis  
 contra eos usq; ad interitionē eorū.  
 Quare ergo non audisti uocem dñi.  
 sed uersus ad predam es. et fecisti ma  
 lum in oculis dñi: Et ait saul ad  
 samuhelē. Immo audiui uocem  
 dñi. et ambulauī in uia per quam  
 misit me dñs: et adduxi agag regē  
 amalech. et amalech interfeci. Tu  
 lit autem populus de preda oues  
 et boues primitias eorum que cesa  
 sunt: ut immolet dño dō suo gal  
 galis. Et ait samuhel. Numquid  
 uult dñs holocausta et uictimas.  
 et non potius ut obediatur uoci do  
 mini. Melior est enim obediencia  
 quam uictimę. et auscultare ma  
 gis quam offerre adipem arietum:  
 quoniā quasi peccatum ariolan  
 di est repugnare. et quasi scelus ido  
 latrię nolle ad quiescere. Pro eo er  
 go quod abiectisti sermonem dñi:  
 abiectit te dñs ne sis rex. Dixitq; saul  
 ad samuhelē. Peccaui quia pre  
 uaricatus sum sermonē dñi et uer  
 ba tua: timens populum et obedi  
 ens uoci eorum. Sed nunc porta q̄  
 so peccatum meum: et reuertere  
 mecum ut adorem dñm. Et ait sa  
 muhel ad saul. Non reuertar tecū

quia proiecisti sermonem dñi: et  
 proiecit te dñs ne sis rex sup isrl.  
 Et conuersus est samuhel: ut abi  
 ret. Ille autē apprehendit summi  
 tatem pallij eius. Que scissa est. Et  
 ait samuhel ad eum. Scidit dñs  
 regnum isrl a te hodie: et tradidit  
 illud proximo tuo meliori te. Por  
 ro triumphator in israhel non par  
 cet: et penitudine non fletetur.  
 Neq; enim homo est: ut agat pen  
 tentiam. At ille ait. Peccaui. Sed  
 nunc honora me coram seniorib;  
 populi mei et coram israhel: et re  
 uertere mecum ut adorem dñm  
 deum tuum. Reuersus ergo samu  
 hel sequutus est saulem: et adora  
 uit saul dñm. Dixitq; samuhel.  
 Adducite ad me agag regem ama  
 lech. Et oblatus est ei agag pin  
 guissimus. Et dixit agag. Siane  
 se parat amara mors: Et ait sa  
 muhel. Sicut fecit absq; liberis mu  
 lieres gladius tuus: sic absq; libe  
 ris erit inter mulieres mater tua.  
 Et in frustra concidit eum samu  
 hel coram dño in galgalis.  
**A**biit autē samuhel in ramatha:  
 saul uero ascendit in domum su  
 am in gabaath. Et non uidit sa  
 muhel ultra saul: usq; ad diem mor  
 tis sue. Veruntamen lugebat sa  
 muhel saul: qm̄ dñm penitebat  
 quod constituisset regem saul sup  
 israhel. Dixitq; dñs ad samuhel.  
 Viqueq; tu luges saul cum ego pro  
 iecerim eum ne regnet sup israhel:  
 Imple cornu tuum oleo: et ueni



ut mittam te ad ysai bechleemite.  
 Prouidi enim in filiis eius michi  
 regem. Et ait samuhel. Quomodo  
 uadam? Audiet enim saul: et inter-  
 fiet me. Et ait dñs. Vitulum de  
 armento tolles in manu tua: et  
 dices. Ad immolandum dño ue-  
 ni. Et uocabis ysai ad uictimam.  
 et ego ostendam tibi quid facias:  
 et unguet quemcumq; monstrauiero  
 tibi. Fecit ergo samuhel: sicut lo-  
 quitus est ei dñs. Uenitq; in bech-  
 leem: et admirati sunt seniores  
 ciuitatis occurrentes ei. Dixerunt  
 q;. Pacificusne in gressu tuus?  
 Et ait. Pacificus. Ad immolandum  
 dño ueni. Sanctificamini: et ue-  
 nite mecum ut immolem. Sancti-  
 ficauit ergo ysai et filios eius: et  
 uocauit eos ad sacrificium. Cumq;  
 ingressi essent. uidit diab: et ait.  
 Num coram dño est xpc eius? Et  
 dixit dñs ad samuhel. Ne respici-  
 as uultum eius. neq; altitudinem  
 stature eius. qm̄ abiecti eum: nec  
 iuxta intuitum hominis iudico.  
 Homo enim uidet ea que parent:  
 dñs autem intuetur cor. Et uoca-  
 uit ysai aminadab: et adduxit  
 eum coram samuhel. Qui dixit.  
 Nec hunc elegit dñs. Adduxit  
 itaq; ysai samma. De quo ait. Et  
 am hunc non elegit dñs. Addu-  
 xit itaq; ysai septem filios suos co-  
 ram samuhel. Qui dixit ad ysai.  
 Non elegit dñs ex istis. Dixitq; sa-  
 muhel ad ysai. Numquid comple-  
 ti sunt filij? Qui respondit. Ad

huc reliquus est paruulus: et pascit  
 oues. Et ait samuhel ad ysai. Mitte  
 et adduc eum. Nec enim discumbe-  
 mus: priusquam ille ueniat huc.  
 Misit ergo: et adduxit eum. Erat  
 autē rufus. et pulcher aspectu: deco-  
 raq; facie. Et ait dñs. Surge. et un-  
 gue eum. Ipse est enim. Gulit igit̄  
 samuhel cornu olei: et unxit eum  
 in medio fratrum eius. Et directus  
 est spiritus dñi in dauid a die illa:  
 et in reliquum. Surgensq; samuhel  
 abiit in ramata. Sp̄s autem dñi  
 recessit a saul: et exagitabat eum  
 sp̄s nequam a dño. Dixeruntq; ser-  
 ui saul: ad eum. Ecce sp̄s dei malus  
 exagitat te. Iubeat dñs noster: et  
 serui tui qui coram te sunt querent  
 hominē scientem psallere cythara.  
 ut quando arripuerit te sp̄s dei ma-  
 lus psallat manu sua et leuius fe-  
 ras. Et ait saul ad seruos suos. Pro-  
 uideat michi aliquē bene psallen-  
 tem: et adducite eum ad me. Et  
 respondens unus de pueris: ait.  
 Ecce uidi filium ysai bechleemi-  
 tem scientē psallere. et fortissimū  
 robore. et uirum bellicosum. et  
 prudentē in uerbis. et uirū pul-  
 chrum: et dñs est cum eo. Misit  
 ergo saul nuntios ad ysai: dicens.  
 Mitte ad me dauid filium tuum:  
 qui ē in pascuis. Gulit itaq; ysai asi-  
 num plenū pamb; et lagenam ui-  
 ni. et hedum de capris unum: et  
 misit per manum dauid filij sui  
 sauli. Et uenit dauid ad saul: et  
 stetit coram eo. At ille dilexit eū



nimis: et factus est eius armiger. Mi-  
sitq; saul ad ysai: dicens. Stet dauid  
in conspectu meo. Inuenit enim gra-  
tiam in oculis meis. Igitur quando  
cunq; sp̄s dei malus arripiebat saul.  
tollebat dauid cytharam et pertu-  
ciebat manu sua: et refocilabatur.  
et leuius habebat. Recedebat enim  
ab eo sp̄s malus.

**C**ongregantes uero phylistiim ag-  
mina sua in prelium. conuenerunt  
in socho iude: et castrametati sunt  
inter socho et azechá. in finib; dom-  
mim. Porro saul et uiri israhel con-  
gregati uenerunt in uallem terebin-  
thi: et direxerunt aciem ad pugna-  
dum contra phylistiim. Et phyl-  
istiim stabant sup montem ex par-  
te hac: et israhel stabat sup montē  
ex altera parte hac: et israhel stabat  
sup montem ex altera parte. uallisq;  
erat inter eos. Et egressus est uir spu-  
ritus de castris phylistinorū. nomi-  
ne goliath de geth: altitudinis sex  
cubitorum et palmo. Et cassis crea-  
sup caput eius: et lorica hamata  
induebatur. Porro pondus lorice  
eius: quinq; milia eris. Et ocreas ha-  
bebat in crurib;: et clypeus eris  
tegebat humeros eius. Hastile autē  
hastile eius: erat quasi licatorium  
texturatum. Ipsum autē ferrum ha-  
stile eius. sexcentos siclos habebat fer-  
ri: et armiger eius antecedebat eū.  
Stansq; clamabat aduersus pha-  
langas israhel: et dicebat eis: Qua-  
re uenistis parati ad prelium? Nū-  
quid ego non sum phylisteus. et

uos serui saul: Eligite ex uobis uirū:  
et descendat ad singulare certamen.  
Si qui uerit pugnare meū et pertu-  
serit me: erimus uobis serui. Si autē  
ego preualuerō et percussero eum: uos  
serui eritis. et seruietis nobis. Et aie-  
bat phylisteus. Ego exprobraui agmi-  
nib; israhel hodie. Date michi uirū:  
et ineat mecum singulare certamen.  
Audient autē saul et omnes israheli-  
te sermones phylistei huiuscemodi:  
stupabant et metuebant nimis.  
Dauid autē erat filius uiri ephra-  
tai de quo supradictum est de beth-  
leem iuda: cui erat nomen ysai. qui  
habebat octo filios. Et erat uir in  
diebus saul senex: et grandæuus in-  
ter uiros. Abierunt autē tres filij ei  
maiores post saul in prelium. Et no-  
mina trium filiorū eius qui perre-  
xerunt ad bellum: heliab primoge-  
nitus. et secundus ammadab. terti-  
usq; semma. Dauid autē: erat mini-  
mus. Tribus ergo maiorib; sequutus  
saulem: abiit dauid et reuersus est  
a saul: ut pasceret gregem patris sui.  
in bethleem. Procebat uero phyl-  
isteus mane et uespere: et stabat  
quadraginta diebus. Dixit autem  
ysai ad dauid filium suum. Accipe  
fratrib; tuis ephipolente et decem  
panes istos et curre in castra ad fratres  
tuos: et decem formellas casei has de-  
feres ad tribunum. et fratres tuos in-  
sitabis si recte agant. et cum quib;  
ordinati sunt disce. Saul autem et  
illi et omnes filij israhel in ualle te-  
rebunthi pugnabant aduersus phyl-



listim. Surrexit itaq; dauid mane et  
commendauit gregem custodi: et  
onuistis abiit sicut preceperat ei  
ysai. Et uenit ad locum magala:  
et ad exercitum qui egressus ad pu-  
gnam uociferatus erat in certamine.  
Dirigerat enim aciem israhel. Sed et  
phylistim ex aduerso fuerant pre-  
parati. Derelinquens ergo dauid  
uasa que attulerat sub manu cu-  
stodis ad sartanas. cucurrit ad lo-  
cum certaminis: et interrogabat  
si omnia recte agerentur erga frs  
suos. Cumq; adhuc ille loqueret-  
ur: apparuit uir ille spurius ascen-  
dens. goliath nomine. phylisteus.  
de gath. ex castris phylistinorum.  
Et loquente eo hec eadem uerba:  
audiuit dauid. Omnes autem isra-  
helite cum uidissent uirum fuge-  
runt a facie eius: timentes eum ual-  
de. Et dixit unus quispiam de  
israhel. Num uidisti uirum hunc  
qui ascendit? Ad exprobandum  
enim israhel ascendit. Virum ergo  
qui percussit eum. ditabit rex di-  
uitijs magnis: et filiam suam dabit  
ei. et domum patris eius faciet absq;  
tributo in israhel. Et ait dauid  
ad uiros qui secum stabant: dicens.  
Quid dabitur uiro qui percussit  
phylisteum hunc. et tulerit obp-  
robrium de israhel? Quis est enim  
hic phylisteus incircumcisus qui  
exprobrauit acies dei uiuentis?  
Referabat autem ei populus eun-  
dem sermonem: dicens. hec dabu-  
tur uiro qui percussit eum. Quod

cum audisset behab frater eius maior  
loquente eo cum alijs. iratus est con-  
tra dauid: et ait. Quare uenisti. et  
quare dereliquisti pauculas oues illas  
in deserto? Ego noui superbiam tuam.  
et nequitiam cordis tui: quia ut ui-  
deres prelium descendisti. Et dixit  
dauid. Quid feci? Numquid non  
uerbum est? Et declinauit paulu-  
lum ab eo ad alium: dixitq; eundem  
sermonem. Et respondit ei popls  
uerbum: sicut prius. Audita sunt  
autem uerba que locutus est dauid:  
et annuntiata in conspectu saul.  
Ad quem cum fuisset adductus: lo-  
quutus est ei. Non concidat cor tu-  
iusquam in eo. Ego seruus tuus ua-  
dam: et pugnabo aduersum phyl-  
isteum. Et ait saul ad dauid. Non  
uales resistere phylisteo isti. nec pu-  
gnare aduersum eum: quia puer  
es. hic autem uir bellator ab ado-  
lescencia sua. Dixitq; dauid ad saul.  
Pascibat seruus tuus patris sui gre-  
gem: et ueniebat leo uel ursus. tol-  
lebatq; arietem de medio gregis. et  
persequabar eos et percutebam. erue-  
bamq; de ore eorum. Et illi confur-  
gebant aduersum me: et apprehen-  
debam mentum eorum et suffoca-  
bam. interficiebamq; eos. Nam et  
leonem et ursum interfeci: ego ser-  
uus tuus. Erat igitur et phylisteus  
hic incircumcisus quasi unus ex eis.  
Nunc uada rauera opprobij popli qm qd  
e phyliste hic incircumcisus. q aus e maledi-  
cere exercitu dei uiuentis. Et ait dauid.  
Dns q eruit me de manu leoni: de ma-  
nu urfi: ipse liberabit me de manu



philistei huius. Dixit autem saul  
 ad dauid. Uade: et dominus tecum sit.  
 Et induit saul dauid uestimentis  
 suis: et imposuit galeam cretam su-  
 per caput eius. et uestiuit eum lo-  
 rica. Accinctus ergo dauid gladio  
 eius super uestem suam: cepit temp-  
 tare si armatus posset incedere. Non  
 enim habebat consuetudinem. Di-  
 xitque dauid ad saul. Non possum sic  
 incedere: quia nec in usum habeo.  
 Et deposuit ea. Et tulit baculum su-  
 um quem semper habebat in mani-  
 bus. et elegit quinque limpidissimos  
 lapides de torrente: et misit eos in  
 peram pastoralem quam habebat  
 secum. Et fundam manu tuli: et pro-  
 cessit aduersum philisteum. Ibat  
 autem philisteus incedens et appro-  
 pinquans aduersum dauid: et armi-  
 ger eius ante eum. Cumque inspexis-  
 set philisteus et uidisset dauid: de-  
 spexit eum. Erat enim adolescens  
 rufus: et pulcher aspectu. Et dixit  
 philisteus ad dauid. Numquid ego  
 canis sum quod tu uenis ad me cum  
 baculo? Et maledixit philisteus  
 dauid in dijs suis. Dixitque ad dauid.  
 Veni ad me: et dabo carnes tuas uo-  
 laculis: celi et bestijs terre. Dixitque  
 tamen dauid ad philisteum. Tu uenis  
 ad me cum gladio et hasta et clypeo:  
 ego autem uenio ad te in nomine domini  
 exercituum. dei agminum israhel quibus  
 expulisti hodie. Et dabit te dominus in  
 manu mea. et percipiam te. et auferam  
 caput tuum a te. et dabo cadauera  
 castrorum philistinorum hodie uolati-

libus celi et bestijs terre: ut sciat om-  
 nis terra quia est deus in israhel. et  
 nouerit uniuersa ecclesia hec quia  
 non in gladio nec in hasta saluat  
 dominus. Ipsius est enim bellum: et tradet  
 uos in manus nostras. Cum ergo sur-  
 rexisset philisteus et ueniret et ap-  
 propinquaret contra dauid: festina-  
 uit dauid et cucurrit ad pugnam  
 ex aduerso philistei. Et misit manum  
 suam in peram. tulitque unum lapi-  
 dem et funda iecit: et percussit phy-  
 listeum in fronte. Et infixus est la-  
 pis in fronte eius: et cecidit in faciem  
 suam super terram. Preualuitque da-  
 uid aduersum philisteum in fun-  
 da et lapide: percussitque philiste-  
 um interfectum. Cumque gladium non  
 haberet in manu dauid: cucurrit  
 et stetit super philisteum. et tulit gla-  
 dium eius et eduxit de uagina sua.  
 et interfecit eum: preciditque caput  
 eius. Videntes autem philistinum  
 quod mortuus esset fortissimus eo-  
 rum: fugerunt. Et consurgentes  
 uiri israhel et iuda uociferati sunt.  
 et persequuti sunt philisteos usque  
 dum uenirent in uallem: et usque  
 ad portas accharon. Cecideruntque  
 uulnerati de philistinum in uia sa-  
 rim: et usque ad geth. et usque accha-  
 ron. Et reuertentes filij israhel post  
 quam persequuti fuerant philiste-  
 os: in uaserunt castra eorum. Assu-  
 mens autem dauid caput phy-  
 listei. attulit illud iherusalem: arma  
 uero eius posuit in tabernaculo  
 suo. Eo autem tempore quo uide-



rat saul dauid egredientem contra  
 phylisteum: ait ad abner principē  
 militiae. De qua stirpe descendit  
 hic adolescens abner. Dixitq; abner.  
 Viuit anima tua rex: si noui. Et  
 ait rex. Interroga tu cuius filius sit  
 iste puer. Cumq; regressus esset da-  
 uid percusso phylisteo: tulit eum ab-  
 ner et introduxit coram saul ca-  
 put phylisteri habentē in manu.  
 Et ait ad eum saul. De qua proge-  
 nie es o adolescens. Dixitq; dauid.  
 Filius serui tui ysai bethleemite  
 ego sum. Et factum est cum com-  
 plessit loqui ad saul: anima iona-  
 the colligata est anime dauid. et  
 dilexit eum ionathan quasi animā  
 suam. Gulitq; eum saul in die illa:  
 et non concessit ei ut reuertetur  
 in domum patris sui.

**H**ierunt autē ionathan et dauid  
 fedus. Diligebat enim quasi ani-  
 mam suam. Nam expoliavit se  
 ionathan tunicam qua erat ue-  
 stitus. et dedit eam dauid: et re-  
 liqua uestimenta sua usq; ad gla-  
 dium et arcum suum. et usq; ad  
 balteum. Egrediebatur quoq; da-  
 uid ad omnia quecumq; misisset  
 eum saul: et prudenter se agebat.  
 Posuitq; eum saul sup uiros belli.  
 Et acceptus erat in oculis uniuers-  
 i populi: maxime in conspectu fa-  
 mulorū saul. Porro cum reuerte-  
 retur percusso phylisteo dauid: e-  
 gresse sunt mulieres de uniuers-  
 is urbib; israhel cantantes cho-  
 rosq; ducentes. in occursum regis

saul in tympanis leticie et fistris.  
 Et precinebant mulieres ludentes:  
 atq; dicebant. Percussit saul mille:  
 et dauid decem milia. Iratus est au-  
 tem saul nimis: et displicuit in o-  
 culis eius iste sermo. Dixitq; Dederunt  
 dauid decem milia: et michi dede-  
 runt mille. Quid ei sup est. nisi solū  
 regnum. Non redis ergo oculis saul  
 aspicebat dauid a die illa: et dem-  
 cept. Post diem autē alterum inua-  
 sit sps dei malus saul: et prophe-  
 tabat in medio domus sue. Dauid  
 autem psallebat manu sua: sicut  
 p singulos dies. Genebatq; saul lan-  
 ceam. et misit eam: putans quod  
 configere possit dauid cum pariete.  
 Et declinauit dauid a facie eius  
 secundo. Et timuit saul dauid. eo  
 qd esset dñs cum eo. et a se recessis-  
 set. Amouit ergo eum saul a se: et  
 fecit eum tribunum sup mille ui-  
 ros. Et egrediebatur: et morabat  
 in conspectu populi. In omnibus  
 autē suis dauid prudenter agebat:  
 et dñs erat cum eo. Uidit itaq; saul  
 quod prudens esset nimis: et cepit  
 cauere eum. Omnis autem israhel  
 et iuda: diligebat dauid. Ipse enim  
 egrediebatur et ingrediebatur: an-  
 te eos. Dixit autem saul ad dauid.  
 Ecce filia mea maior merob: ipsam  
 dabo tibi uxorem. tu tantummodo  
 esto uir fortis. et preliare bella dñi.  
 Saul autē reputabat dicens: non  
 sit manus mea in eo. sed sit sup eum  
 manus phylistinorum. Ait autem  
 dauid ad saul. Quis ergo sum aut

xviii. 5.



que uita mea aut cognatio patris  
mei in israhel. ut fiam gener regis?  
Factum est autem tempus cum debe-  
ret dari merob filia saul dauid: da-  
ta est adrihel molathite uxor. Dile-  
xit autem michol filiam saul alte-  
ram dauid. Et nuntiatum est saul:  
et placuit ei. Dixitq; saul. Dabo eam  
illi ut fiat ei in scandalum: et sit sup-  
eum manus phylistinorum. Dixit  
ergo saul ad dauid. In duob; rebus:  
gener meus es hodie. Et manda-  
uit saul seruis suis. Loquimini ad  
dauid clam me: dicentes. Ecce pla-  
ces regi: et omnes serui eius diligunt  
te. Nunc ergo esto gener regis. Et  
locuti sunt serui saul in auribus  
dauid omnia uerba hec: Et ait da-  
uid. Num parum uobis uidetur  
generum esse regis? Ego autem sum  
pauper et tenuis. Et enuntiauerunt  
serui saul: dicentes. Huiusmodi  
uerba loquutus est dauid. Dixit  
autem saul. Sic loquimini ad da-  
uid. Non habet necesse rex sponsa-  
lia: nisi tantum centum preputia  
phylistinorum. ut fiat ultio de mi-  
micis regis. Porro saul cogitabat tra-  
dere dauid in manib; phylistinoru.  
Cumq; renuntiassent serui eius da-  
uid uerba que dixerat saul: placu-  
it sermo in oculis dauid ut fieret ge-  
ner regis. Et post dies paucos. surgens  
dauid abiit iacobaron cum uiriscu eo  
erant. et percussit ex phylistim du-  
centos uiros: et attulit preputia eo-  
rum. et annumerauit ea regi. ut  
esset gener eius. Dedit itaq; ei saul

michol filiam suam uxorem. Et ui-  
dit saul et intellexit quia dñs esset  
cum dauid. Michol autem filia sa-  
ul diligebat eum: et saul magis ce-  
pit timere dauid. Factusq; est saul  
inimicus dauid cunctis diebus. Et  
egressi sunt principes phylistinoru.  
A principio autē egressionis eorum  
prudens se gerebat dauid: quā  
omnes serui saul. Et celebre factū  
est nomen eius nimis. Loquutus est  
autem saul ad ionathan filium suū.  
et ad omnes seruos suos: ut occide-  
rent dauid. Porro ionathan filius  
saul diligebat ualde dauid. Et in-  
dicauit ionathan dauid: dicens.  
Querit saul pater meus occidere te.  
Qua propter observa te queso ma-  
ne: et manebis clam et absconde-  
ris. Ego autem egrediens stabo iu-  
xta patrem meum in agro: ubicūq;  
fueris. et ego loquar de te ad patre  
meum. et quodcūq; uidero nunti-  
abo tibi. Loquutus est autē ionathā  
de dauid bona ad saul patrem suū.  
Dixitq; ad eum. Ne pecces rex in ser-  
uum tuum dauid. quia non pecca-  
uit tibi: et opera eius bona sunt  
tibi. ualde. Et posuit animā suā  
in manu sua. et percussit phylisteū:  
et fecit dñs salutem magnam in uni-  
uerso israhel. Uidisti: et letatus es.  
Quare ergo peccas in sanguine in-  
noxio. interficiens dauid qui est absq;  
culpa? Quod cum audisset saul:  
placatus uoce ionathę iurauit. Vi-  
uit dñs: quia non occidetur. Uoca-  
uit itaq; ionathan dauid: et indica-



uit ei omnia uerba hec. Et intro-  
duxit ionathan dauid ad saul: et  
fuit ante eum sicut fuerat heri et  
nudius tertius.

**N**otum est autē rursū bellum.  
Et egressus dauid pugnauit ad-  
uersum philistinū percussitq; eos  
plaga magna: et fugerunt a facie  
eius. Et factus est spiritus dñi ma-  
lus in saul. Sedebat autem in do-  
mo sua: et tenebat lanceam. Por-  
ro dauid psallebat in manu sua.  
Nisusq; est saul configere lancea  
dauid: in pariete. Et declinauit  
dauid a facie saul: lancea autem  
plata est in parietem. Et dauid  
fugit: et saluatus est nocte illa.  
Misit ergo saul satellites suos in  
domum dauid ut custodirent  
eum: et interficeretur mane. Quā  
cum annuntiasset dauid michol  
uxor sua dicens. nisi saluaueris  
te nocte hac. crās morieris: depo-  
suit eum p fenestram. Porro ille  
abiit et aufugit: atq; saluatus  
est. Tulit autem michol statuam  
et posuit eam sup lectum: et pel-  
lem pilosam caprarum posuit  
ad caput eius. et operuit eam ue-  
stimentis. Misit autem saul appa-  
ritores: qui raperent dauid. Et  
responsum est quod egrotaret. Rur-  
sumq; misit saul nuntios. ut uide-  
rent dauid: dicens. afferte eum ad  
me in lecto ut occidatur. Cumq;  
uenissent nuntij: inuentum est  
simulachrum sup lectum. et pelles  
caprarum ad caput eius. Dixitq;

saul ad michol. Quare sic illuisti  
michi. et dimisisti inimicum meum  
ut fugeret? Et respondit michol ad  
saul. Quia ipse loquutus est michi.

Dimitte me: alioquin interficiam te.

**D**avid autem fugiens: saluatus est.  
Et uenit ad samuhel in ramatha: et  
nuntiavit ei omnia que fecerat sibi  
saul. Et abierunt ipse et samuhel:  
et morati sunt in nabioth. Nuntia-  
tum est autē saul a dicentibus. Ecce  
dauid in nabioth in rama. Misit er-  
go saul uictores: ut raperent dauid.  
Qui cum uidissent cuneum prophe-  
tarum uaticinantium. et samuhel  
stantem sup eos: factus est autē in illis  
sp̄s dñi. et iphetare ceperunt etiam  
ipsi. Quod cum nuntiatum est sauli:  
misit alios nuntios. Prophetauerūt  
autē et illi. Et rursū saul misit  
tertios nuntios. Qui et ipsi propheta-  
uerūt. Et irata uacūdia saul. Abiit autē  
ipse in rama. et uenit usq; ad cistnā  
magnam que est in sochot: et inter-  
rogauit et dixit. In quo loco sunt sa-  
muhel et dauid? Dicitumq; est ei.  
Ecce in nabioth sunt in rama. Et  
abiit in nabioth in rama. Et factus  
est etiam sup eum sp̄s dñi: etambu-  
labat ingrediens. et prophetabat  
usq; dum ueniret in nabioth in  
rama. Et expoliavit se etiam ipse  
uestimentis suis: et prophetauit cū  
ceteris coram samuhel. et cecinit nu-  
dus tota die illa et nocte. Unde et  
exiuit prouerbiū. Num et saul  
inter pphetas? Fugit autē dauid  
de nabioth que est in rama: uen-



ensq; loquutus est coram ionatha. Quid feci. que est iniquitas mea. et quod peccatum meum in patrem tuum. quia querit animam meam: Qui dixit. Absit. Non moueris. Neq; enim faciet pater meus quicquam grande uel paruum: nisi prius indicauerit michi. Hunc ergo celauit me pater meus sermonem tantummodo. Nequam erit istud. Et iurauit dauid rursus. Et ille ait. Scit pater tuus quia inueni gratiam in oculis tuis: et dicet. Nesciat hoc ionathan: ne forte tristetur. Quia immo uiuit dominus et uiuit anima tua: quia uno tantum ut ita dicam gradu ego morsq; diuidimur. Et ait ionathan ad dauid. Quodcumq; dixerit michi anima tua: faciam tibi. Dixit autem dauid ad ionathan. Ecce kalende sunt festino: i ego ex more sede soleo iuxta regem ad uescendum. Dimittit ergo me ut abscondar in agrum usq; ad uespum diei tue. si respiciet requirit me pater tuus: respondebis ei. Rogauit me dedit ut nec scelerem ibechleem ciuitatem suam: quia uicium sollemne ibi fit uniuersis tribulibus eius. Si dixerit bene: pax erit seruo tuo. Sin autem fuerit iratus: scito quia completa est malitia eius. Fac ergo misericordiam in seruum tuum: quia fedus domini me famulum tuum tecum iure fecisti. Si autem est in me aliqua iniquitas. tu me interfice: et ad patrem tuum ne introducas me. Et ait ionathan. Absit hoc a me. Neq; enim fieri potest ut si certo cognouero completam esse patris mei malitiam contra te:

non annuntiem tibi. Responditq; dauid ad ionathan. Quis renuntiabit in siquid forte responderit tibi pater tuus dure? Et ait ionathan ad dauid. Veni egrediamur in agrum. Cumq; exissent ambo in agrum: ait ionathan ad dauid. Domine deus israhel si inuestigauero sententiam patris mei crastino uel perendie. et aliquid boni fuerit super dauid. et non statim misero ad te et nouum tibi fecero. hec: faciat dominus ionathan et hec augeat. Si autem perseuerauerit patris mei malitiam aduersum te: reuelabo aurem tuam et dimittam te ut uadas in pace. et sic dominus tecum sicut fuit cum patre meo. Et si uidero facies misericordiam domini: si uero mortuus fuero non auferes misericordiam tuam a domo mea usq; in sempiternum. quando eradicauerit dominus inimicos dauid unumquemq; de terra. Pepigit ergo ionathan fedus cum domo dauid: et requisuit dominus de manu inimicorum dauid. Et addidit ionathan de iurare dauid: eo quod diligeret eum. Sicut animam enim suam: ita diligebat eum. Dixitq; ad eum ionatha. Cras kalende sunt: et requireris. Requiritur enim sessio tua: usq; perendie. Descendes ergo festinus. et uenes in locum ubi celandus es in die qua operari licet: et sedebis iuxta lapidem cui nomen est ezel. Et ego tres sagittas mittam iuxta lapidem cui nomen est ezel: et iaciam quasi exercens me ad sig-



num. Mittam quoque et puerum: dicens ei. Uade: et affer michi sagittas. Si dixerit puero. ecce sagitte intra te sunt. tolles eas: tu ueni ad me quia pax tibi est. et nichil est mali. uiuit dominus. Si autem sic loquutus fuero puero. ecce sagitte ultra te sunt: uade quia dimisit te dominus. De uerbo autem quo loquuti fuimus ego et tu: sit dominus inter me et te usque in sempiternum. Absconditus est ergo dauid in agro. Et uenerunt kalende: et sedit rex ad comedendum panem. Cumque sedisset rex super cathedram suam secundum consuetudinem que erat iuxta parietem: surrexit ionathan et sedit abner ex latere saul. Vacuusque apparuit locus dauid: non est loquutus saul quicquam in die illa. Cogitabat enim quod forte euenisset ei: ut non esset mundus: nec purificatus. Cumque illuxisset dies secunda post kalendas: rursus uacuis apparuit locus dauid. Dixitque saul ad ionathan filium suum. Cur non uenit filius ysai nec heri nec hodie ad uescendum? Et respondit ionathan sauli. Rogauit me obnixè ut iret in bethleem: et ait. Dimitte me: quoniam sacrificium solenne est in ciuitate. Unus de fratribus meis accessit me. Nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis. uadam cito: et uidebo fratres meos. Ob hanc causam: non uenit ad mensam regis. Iratus autem saul aduersum ionathan: dixit ei. Fili

mulieris uirum ultra sapientis. numquid ignoro quia diligis filium ysai in confusionem tuam. et inconfusionem ignominiose matris tue. Omnibus enim diebus quibus filius ysai iuxerit super terram: non stabilieris tu neque regnum tuum. Itaque iam nunc mitte et adduc eum ad me quia filius mortuus est. Respondens autem ionathan sauli patri suo: ait. Quare mouet? Quid fecit? Et arripuit saul lanceam ut percuteret eum. Et intellexit ionathan quod definitum esset a patre suo: ut interficeret dauid. Surrexit ergo ionathas a mensa in ira furoris: et non comedit in die kalendarum secunda panem. Contristatus est enim super dauid: eo quod confudisset eum pater suus. Cumque illuxisset mane: uenit ionathan in agrum iuxta placitum dauid. et puer paruulus cum eo. Et ait ad puerum suum. Uade et affer michi sagittas: quas ego iacio. Cumque puer cucurrisset: iecit aliam sagittam trans puerum. Uenit itaque puer ad locum iaculi quod miserat ionathas: et clamauit ionathas post tergum pueri. et ait. Ecce ibi est sagitta: porro ultra te. Clamauitque ionathas post tergum pueri. Festina uelociter: ne steteris. Collegit autem puer ionathas sagittas. et attulit ad dominum suum: et quid ageretur penitus ignorabat. Sicut enim ionathas et dauid rem nouerant. Dedit igitur ionathas arma sua puero: et dixit ei. Uade: defer in ciuitatem. Cumque abiisset puer. sur-



rexit dauid de loco qui uergebat  
ad austrum: et cadens pronus in  
terram. adorauit tertio. Et osculā  
tes alterutrum: fleuerunt pariter.  
dauid autem amplius. Dixit ergo  
ionathas ad dauid. Vade in pace.  
Quicumq; iurauimus ambo in no  
mine dñi. dicentes. dñs sit inter me  
et te: et inter semen meum et semē  
tuum. usq; in sempiternum. Et sur  
rexit et abiit sed et ionathas ingres  
sus est ciuitatem.

**V**enit autem dauid in nobe ad  
achimelech sacerdotem. Et obstu  
puit achimelech eo quod uenisset  
dauid: et dixit ei. Quare tu solus.  
et nullus est tecum: Et ait dauid  
ad achimelech. Rex precepit michi  
sermonē: et dixit. Nemo sciat rē  
propter quā a me missus es: et cu  
iusmodi tibi precepta dederim.  
Nam et pueris conduxī in illum  
et in illum locum. Nunc igitur si  
quid habes ad manum uel quinq;  
panes da michi: aut quicquid in  
ueneris. Et respondens sacerdos da  
uid: ait ei. Non habeo panes laicos  
ad manum: sed tantum panem san  
ctum. Si mundi sunt pueri: maxi  
me a mulieribus. Et respondit da  
uid sacerdoti: et dixit ei. Et quidē  
si de mulieribus agitur: continui  
mus nos ab heri et nudius tertius  
quando egrediebamur. et fuerūt  
uasa puerorum sancta. Porro uia  
hec polluta est: sed et ipsa hodie  
sanctificabitur in uasis. Dedit er  
go ei sacerdos sanctificatum panē

Nec; enim erat ibi panis: nisi tan  
tum panes propositionis qui sub  
lati fuerant a facie dñi. ut pone  
rentur panes calidi. Erat autē ibi  
uir quidam de seruis saul in die  
illa intrus in tabernaculo dñi. et  
nomen eius dohec idumeus: po  
tentissimus pastorum saul. Dixit  
autē dauid ad achimelech. Si ha  
bes hic ad manum hastam aut  
gladium: quia gladium meum  
et arma mea non tuli mecum.  
Sermo enī regis urgebat. Et dixit  
sacerdos. Ecce hic gladius goliath  
phylisteri quem percussisti in ualle  
terebinthi. est inuolutus pallio  
post ephot. Si istum uis tollere:  
tolle. Nec; enim est alius absq; eo hic.  
Et ait dauid. Non est alter huic  
similis. Da michi eum. Surrexit  
itaq; dauid et fugit in die illa a  
facie saul: et uenit ad achis regē  
gech. Dixeruntq; ei serui achis. Nū  
quid non ipse est dauid rex terre?  
Nonne huic cantabant per cho  
ros dicentes. percussit saul mille et  
dauid decem milia: Posuit autē  
dauid sermones istos in corde suo:  
et timuit ualde a facie achis regis  
gech. Et immutauit os suum co  
ram eis: et collabebatur inter ma  
nus eorū. Et unpingebat in ostio  
portę: defluebantq; saluę eius  
in barbam. Et ait achis ad seruos  
suos. Uidistis hominē insanum.  
quare adduxistis eum ad me: An  
desunt nobis furiosi. quod intro  
duxistis istum ut fureret me pre